



**Aurea Rosa id est preclarissiam[!] expositio sup[er]  
euangelia totius anni: de Tempore [et] de Sanctis. tam  
s[ecundu]m ordine[m] Predicato[rum] q[uam]  
s[ecundu]m Curia[m]**

**Mazzolini, Silvestro**

**[Augsburg], 31. Okt. 1510**

**VD16 M 1750**

Casus Iv

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70429](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70429)

# De quæstionibus impertinentibus

Sexta. Pulchritudo mulieris est causa erroris malis  
Septima. Beata virgo perfectissime vitæ est diabolium.

## Casus lv

### Veritur. lv. Quid

deus simpliciter magis amat virginem quam luciferum: vel e converso. Et videtur quod luciferum. quia est deo magis dilectus in bono simpliciter. in substantia: quod ei vult nobiliores substantiam id est angelicam naturam. sed beata virgo est magis dilecta in bono secundum quid. id est in accidentibus: puta in felicitate. Sed e contra videtur quod virginem. quod ego diligentes me diligo. Prover. viij. et sequitur magis diligentes magis diligit. Secundo. Amare est velle bonum. q. xx. et ij. dist. xxij. et j. extra gen. ca. xij. Igitur deus amat omnia: quod omnibus vult aliquid bonum. scilicet. Et amat omnia æquiter ex parte actus: quia eodem actu omnia amat. Non autem ex parte obiecti seu boni voliti: quod non omnibus vult idem bonum: sicut nec largitur. Sed quo ad bona naturalia amat magis nobiliores: quod vult eis maius bonum nature. id est naturam nobiliores. Quo ad bona vero gratuita magis amat se amatores. quod vult eis maiorem amorem quam eum amant: et sequitur maiorem gratiam et gloriam. Simpliciter autem magis amat quem magis amat quantum ad bona gratie et glorie. quod patet primo auctoritate. Nam secundum Augustinum super Iohannem. Deus inter alias creaturas rationales magis amat membra unigeniti sui. Item ratione. quod eis vult maius bonum id est bonum infinitum. Igitur magis amat virginem simpliciter quam aliquam puram creaturam. Ad argumentum in oppositum dico quod si gloria ipsa dicitur secundum simpliciter est ignobilior substantia angelica. sed secus quantum ad obiectum cui iungitur quod deus vult omnibus predestinatis. Non enim vult his solum dare gloriam: sed etiam seipsum in primum.

Elicet igitur conclusiones.

Prima. Deus omnes creaturas amat vere: non solum volendo: sed etiam faciendo eis bonum.

Secunda. Quo ad bona naturalia magis

gis amat nobiliores secundum suam naturam  
Tertia. Quo modo ad gratuita magis amat se amatores quam ad gratiam: et etiam quam ad gloriam: si sunt amatores finaliter  
Quarta. Simpliciter loquendo magis amat quibus vult maiorem gloriam.  
Quinta. Igitur simpliciter magis amat se: deus de christum: deinde virginem gloriosam

## Casus lvj

Veritur. lvj. Quid habens odium possit licentari ut comunicetur: Ad hoc respondet Archiepiscopus. ij. parte. tit. viij. ar. ij.

Moran. ordinis minorum quem ipse allegat qui dicitur quod ex illatione iniurie sequitur primo odium in corde. secundo effectus odij in opere tertio signum odij in ore. et quarto actio iniuriarum adversus auctorem earum. Odium igitur quilibet tenet expellere: et quod quod appetit malum adesse aut bonum abesse primo non propter aliquid bonum eius vel alterius: est in mortali nec potest concitari. Si autem hoc sit quod times ex eius prosperitate alios opprimi iniuste: vel quia speras ex eius depressione alios iuste erigi: non est peccatum. Nota tamen quod non tenetur gaudere de bono temporali inimici ut sic: sed de spirituali tantum et de temporali ut expedit spirituali. Effectus autem odij si sit in subtrahendo beneficium seu bonum spirituale: est mortale. si illud bonum quod omnibus exhibetur nolumus inimico communicare: ut orationem generale vel predicationem. Si vero sit in subtrahendo bonum temporale: est mortale: si illud bonum sit extreme necessarium: aliter veniale. Si vero sit in inferendo malum: erit mortale: si sit contra ordinem iuris: nec licet communicari tali. Si vero sit secundum ordinem iuris semper odio: non erit peccatum: etiam cum armis et sine iudicis satisfaciatur sibi de bonis inimici. Sed quod ad signum odij seu rancoris in ore si quidem malefactor offerat indignam satisfactionem: tenet quod eum ad amicitiam recipere et ei loqui. Si autem non exhibet: aut exhibet semiple ne non tenet nisi actio iniuriarum sit abolita preterita remissione: vel etiam dissimulatione: quod. scilicet. alludit vel risit vel comedit cum offensa post iniuriam. Actionem autem iniuriarum quod est gratia nullus tenet remittere. imo et aliquando